mense: prima die mensis imminu:
ta sunt aquæ super terram. Et
aperiens Noë tectum arcæ aspe:
xit: viditque quod exsiccata esset
superficies terræ. Mense secundo
septimo et vicesimo die mensis are:
facta est terra. Locutus est autem
Dominus ad Noë dicens: Egre:
dere de arca tu et uxor tua: filij
tui et uxores filiorum tuorum tecum.
Cuncta animantia quæ sunt a:
pud te: ex omni carne tam in vo:
latilibus quam in bestijs et univer:
sis reptilibus quæ reptant super te:
rram: educ tecum et ingredimini
super terram. Crescite et multi:
plicamini super terram. Egressus est
ergo Noë et filij eius: et uxor illius
et uxores filiorum eius cum eo. Sed et
omnia animantia iumenta & re: